

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 01 : De Oceano

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[100\] : De Oceano](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 01 : De Oceano](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 02 : De L'Océan](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 01 : De l'Océan](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VIII, 01 : De Oceano, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/917>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination235v°-237r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Océan](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia

fas mundi partes superiores gubernantem, Iouem Deorum patrem appellarunt: cuius vis ea, quæ sub terris esset, vocarunt Platonem, atque illum Iouis fratrem nominarunt. Cum vero in aqua eadem vis considerabatur, quas diuina prouidentia omnino carere non putabant, Neptunum dixerunt, atque hunc ipsum etiam crediderunt Iouis esse fratrem: cum per aera penetraret, rursus vim ipsam diuinam nuncuparunt Iunonem, eamque censuerunt esse sororem Iouis. Atque omnes vires denique per ipsa elementa diffusas, a superioribus & originem ducere, & pendere arbitrati sunt, quas omnes quasi ab vno fonte in multos riuulos naturam earum explicantes diduxerunt. Atque, ut summam dicam, si rem diligentius inuestigemus, omnes propè antiquorum Deos vel Iouis fratres, vel filios, vel nepotes, vel aliqua affinitate coniunctos, inueniemus; ex quo patet nihil aliud significare voluisse antiquos, quàm vnum esse Deum, vnum rerum omnium gubernatorem, cuiusvis esset in omnes res diffusa, qui vnus cuncta videret, & audiret, & regeret. Verum ad institutum opus iam accedamus. Et de Oceano primo transigamus.

De Oceano, Cap. I.

- 20 **O**ceanus, qui fluviorum, & animantium omnium, & Deorum pater vocatus est ab antiquis, Cæli & Vestræ, quam terram nonnulli vocarunt, filius fuisse dicitur, ut testatur Hesiodus in Theogonia, ubi ter-

ra filios ita commemorat;

γαῖα δὲ καὶ οὐρανὸς ποτὶ Κρονίδῃσι τέκεται
 Ἕρμην δὲ Περσεύδην καὶ Ποσειδάωνα καὶ Ἰδὴν
 Ἐφῆμ τε Πάριον Διὸς ἑὸς ἀπολλύμενον
 Ἰφιδάμαντα καὶ Πηλεΐδην ἄριστον ἄνδρα
 Νηηφέα, καὶ Κρονίδῃσι ἕρποντα Κρονίον
 ἑὸν καὶ ἀνθρώπων ἀνδραγὰς ἡγεῖσθαι μέγαν
 ἀντίον ἄντι φιδίοντι φημί μιν, αὐτὰρ Ἰφιδάμαντα
 Ἕρποντα Κρονίον τε καὶ Κρονίδῃσι Κρονίον.

- 30 Terra sibi par stellatum cælum alma creauit,
 Quod complectatur lato velamine totam:
 Et foret hinc superis sedes summissima Diuina.
 Inde sati montes statio gratissima Nymphis,
 Quæ syluas habitare solent in montibus altis.
 Hæc eadem peperit ventosi marmora ponti,
 Non vlli conluncta mari, sed & inde creauit
 Oceanum Cælo coniuncta in amore profundum.

- 40 Apud hos educatam fuisse Iunonem testatur Home. lib. 1. Iliad.

ἦ μιν γὰρ ἐφῆλεν πολυφρέσιν ἡνέρεα γαίη,
 ἀναιδέην Διὸς γένεον, καὶ πάντεσσι τέκεον.
 οὐδ' ἴεσσι θεοῖσι δέμασι κλέρποντο, καὶ ἀνέροισιν.

Oceanum visura peto namq; vltima terræ,
 Vnde genus superis, adeo Thetymiq; parentem:
 Qui me aluere suis domibus feliciter olim.

Ab hoc ipso Oceano videtur putasse Orpheus & antiquorum Deos, & res omnes initium sumpsisse; quippe cum omnia prius quam orientur, aut intercidant,

tercidant, indigeant humore; sine quo nihil neque corrumpi potest, neq;
gigni, vt sensu Thales. Sic autem scribit Orpheus in hymnis;

Ὠκεανὸς καλὸν ὅστις ἀφ' ἑστέα αἴψα ἴσταται
ἀλαλάσσων· Διὸς γένεσι, Διὸς γένεσσι ἀφ' ὧν παῖς,
ἐκ τῆς γυναικὸς γαίης περὶ τῆς γαίης ἐκάλει·
ὃς ὤντο παλαιὰ ὄντο καὶ, καὶ ὄντο δ' ἀλάλασσων.

Oceanumq; voco patrem, Tethymq; parentem,
Vnde ortus superis, vnde & mortalibus ortus.
Qui late terram spumosis fluctibus ambit.
E quo sunt maris & flauiorum semina primum.

Huic tauri caput esse censuerunt antiqui, quare illum ita *Tauriceps* appel-
lauit Euripides in Oreste;

Ὠκεανὸς ἐκ
ταυρὸς γάρ τε ἀνὰ λαὸν
ἐκάλει· καὶ καλὸν ὄντο καὶ,

Oceanus quem
Tauriceps vlnis
Se flectens ambit terram.

Scriptum reliquit Aeschylus Oceanū amicissimum fuisse Prometheo in his;

ὃς γὰρ σέ τι φρενὶ, αἰὶ ὦκεανὸν φίλον
ἐπὶ βιβλῶν τιμῶν σέ.

Non recte amicum firmiorem dixeris
Oceano tibi.

Memoriae prodidit Isacius præter Tethym duas fuisse vxores Oceano, Par-
thenopen & Pampholygem: atque Asiam & Libyam suscepit filias è Pam-
pholyge, ex Parthenope Europam & Thracen, vnde nomina regionibus po-
stea fuerunt data. Dicuntur fuisse ab Oceano genitæ præterea Philyra, Cal-
lirhoe, Perse, Daira, Ephyre, Lecippe, Melobolosis, Ianthæ, Electra, Pheno,
Tyche, Ocyrrhoe, Eurynome, Aetra, Pleyone, Clymene, Doris, Triton, Et ne
singulis commemorandis sim longior, tria millia filiorum fuisse Oceano di-
cuntur, vt in his ait Hesiodus in Theog.

Ὠκεανὸς δ' αὖτε καὶ Τηθύς ἐκ τῶνδε ἱερῶν
Πρωτὸν γένεσσι κούρας, ὅσας αὖ γένεσσι δ' ἀλλὰ καὶ
τρεῖς γὰρ καὶ χίλιαι αἱ τῶνδε φρεσὶ ἀναστήσας,
Αἱ γὰρ πολλὰς φρεσὶ γαίης καὶ βίβλῳ λίπον
σάκτοι δ' αἱ ἐφ' ὧν αὖτε Διὸς ἀγκῶν ἴσταται.

Hæ sunt Oceani & de semine Tethyos ortæ,
Prisca quidam soboles. magna est & cætera turba.
Sunt etenim ter mille puellæ Oceaninæ,
Quæ terras habitant, itagorumq; alta profunda,
In variis dispersa locis gens, pignora Diuum.

Cum vero in perpetuo cursu & Oceanus & fluuii ex eo nati existant, *ῥοαί*
ῥοαί, quasi non diuinum, sed decurrens genus, dicti sunt; eadem sanè ratio-
ne, quæ sol & luna & astra assidue currentia Dii fuerunt nominata. Sic au-
tem inquit Theocr. in Bubalcis;

ῥοαὶ καὶ ποταμοὶ Διὸς γένεσσι, αἵ τε μενέλας
καὶ αἱ ἐκ τῶνδε τῶνδε φρεσὶ ἀναστήσας.

Decurrens genus o fluuii, vallesq; Menalcas
Siquando vobis dulce melos cecinit.

Dicti enim sunt fluuii *ῥοαί*, non quia peculiarem in se habeant diuini-
tatem magis, quàm reliquæ mundi partes, sed quia omnium propè natura-
lium

Mythologia I

lium corporum maxime aquatum, & inter has fluuiorum motus sit conspicuus. Nam cum venerit in dubium nonnullis cœlorum motus, qui non cœlos, sed terram moueri arbitrabantur, vt afferit Ptolomæus, nemo an fluuii etiam moueantur, & vniuersa aquarum moles, apparet rectè dubitare potuisse. Est enim non minus Oceani, quàm fluuiorum perpetuus motus; cum modo affluat, modo refluat, quod fieri ad lunæ cursum nonnulli arbitrantur, ita vt cum luna ascendit ab Oceano, donec ad medium cœli veniat, affluant aquæ, refluantque cum descendit. Atque hie motus non semper sibi est similis: magis enim refluit in pleniluniis, cum in nouilunio vix sentiat: & cum cœlum serenum fuerit motus etiam augetur, ita vt humiliores aquæ relinquuntur. Ad hanc rem nonnihil conferunt etiam coniunctiones & oppositiones reliquorum planetarum; & quibusdā anni temporibus id etiam magis fit, maiorque varietas in his motibus exillit: quippe cum circa tropicum æstiuum augeatur accessus & recessus, minorque fiat ad tempus vsque æquinoctii, ac tursus crescat ad hybernū tropicum, & ab eo ad vernū æquinoctium minuat. Augetur istud etiam vi eorum signorum, in quibus luna fuerit in suis mutationibus; nam in placidioribus æquabiliores sūt motus, in vehementioribus magis inæquales: quod etiam vis imbrium auget, ac impetus ventorum. Hæc tanta causarum varietas fecit, vt nulla certa ratio horum motuum aquarum afferri, vel à peritissimis nauigantibus possit. Est autem Oceanus vniuersa illa aquarum moles, quæ terrā vndique circumdat; nam quocunque ad extremas terræ oras quis accesserit, mare illi latissimum occurrit; quod ab Oriente quidem Indicum appellatur, ab occidente Atlanticum, vbi Hispaniam mauritaniamque determinat. Ad Septentrionem, & ad oppositam huic regionem mare Ponticum & glaciale nuncupatur. Multi sanè nauigijs ad extremam oram Oceani penetrare conati sunt, multorumque dierum iter fecerunt, sed illis prius annona & res victui necessariæ defecerunt, quàm aquarum spatium, & nauigabilis planities; vt testatur Strabo. & Rhianus in nauigatione Hannonis Carthaginensis. At nunc quaeramus, cur hæc de Oceano facta sint. Oceanum Cœli & terræ filium crediderunt, quoniam ex informi materia cum prius natus fuisset Amor, inque vniuersam molem miscuisset, natum est Cœlum, & Mare, & Terra, & omne Deorum genus pullulauit, vt ait Aristophanes in Auis;

*Πρὶν γὰρ ἢ τὰς ἀθανάτων, πρὶν γὰρ τοὺς θεοὺς γενέσθαι,
Ἐκ τῆς ἀνύκτου, τῆς ἀνύκτου, τῆς ἀνύκτου, γενέσθαι,
καὶ τὸν, καὶ τὸν, καὶ τὸν, καὶ τὸν, καὶ τὸν, καὶ τὸν, καὶ τὸν.*

Ante non erat genus immortalium, ante quàm Amor commiscuisset omnia.

40 Committis vero alijs alijs, natum est cœlum, Oceanusque, Et Terra, omniumque Deorum beatorum genus æternum.

Paret igitur ex his Oceanum post cœlum natum fuisse. Nam cum summus opifex Deus in hoc mundo architectando dixisset, fiat lux; continuo lucis instrumenta, cœli scilicet, planetarumque corpora nata sunt; quare prius natum est cœlum, deinde Deus secreuit vniuersam aquarum naturam ab aquis quæ super cœlo sunt, & in vnum locum à terra insit secedere. Hac igitur ratione, amor, quæ diuina est bonitas, cuncta commiscuit, & ad generationem excitauit, vnde Oceanus natus est è cœlo & terra. Apud Oceanum dicitur

dicuntur fuisse Iuno educata, quod aqua in aera proximum cum rarior fit, sol-
uitur: atq; aer densior factus ad album Oceanum descendit in aquam ver-
sus, ut est elementorum inter se generatio. Hunc eundem oceanum tradi-
dit Orpheus, & omnes antiquorum Theologi principium ortus Diis & re-
bus extitisse: quia, ut sensit Thales, nihil sine humectatione nascitur aut pa-
trefcit; atque omnes elementorum qualitates, quas Deorum nominibus ap-
pellarunt, ex humore nascuntur. Taurinum autem caput Oceano tribuerunt
antiqui propter vim ventorum, a quibus excitatur & impellitur, vel quia
tauris similem fremitum emittat, vel quia tanquam taurus furibundus in
licora feratur, cuiusmodi finguntur esse etiam fluvii, fabulati sunt propte-
rea Oceanum fuisse amicissimum Prometheo, quoniam nauigantibus per
Oceanum maxima prudentia & peritia opus sit, non solum ut siderum ductu,
quo cupiunt perveniant, sed etiam peritia opus est in observandis & devitan-
dis scopulis, in multo ante cognoscendis tempestatibus ac ventorum signis,
& in omnibus denique vitandis, quae possunt nauigantes in summum disci-
men inducere: Quae eadem etsi utilia sunt in mari Mediterraneo, non tamē
tantopere videntur necessaria. Huius uxorem fuisse Thetym dixerunt, de
qua paulo post dicetur. Oceani filii tam multi & filiae fuisse dicuntur, quia
ex vaporibus, qui calore solis sublimes tolluntur, gignuntur fluviorum aquae,
& fontes ut putarunt antiquorum nonnulli. nam etsi voluit Arist. fontes ex
aere in locis caavernosis in aquam verso procreari, tamen si diutius siccitas
coeli extiterit, neque fiant imbres, vel penitus arescere flumina & fontes,
vel ad tenuissimum cursum deduci videmus; quare etsi non tota, maior ta-
men pars fluviorum & fontium ita procreatur, ut apparet. inter filios Ocea-
ni Tyche connumeratur, quae fortuna est, quia fortunatos esse oportet na-
uigantes, & oēs illos, qui se ventorum fidei committunt. atq; ut summam
dicam, per Oceanum fabulosum rerū naturalium generationem, & necessariam
esse nauigantibus prudentiam significarunt. at nunc de Tethye dicamus.

De Tethye & Thetide.

Cap. II.

30

Tethys, quae uxor fuit Oceani, Terrae & Coeli filia & ipsa fuit, ut ait He-
siod. in Theog.

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Oceanum Caelo peperit, cui vasta profunda,

Et simul Iapetum, Coenon, Rheum, Themionem,

Mnemosen, Thiam, Crionem, Hyperionem, Tethym

Formosam; Phœbenque, comae est cui cincta corona.

Hanc deorum matrem appellarunt, cum pater illarum esset Oceanus. The-
tis vero, quae priore aspirata legitur, Chironis filia fuit, ut ait Epicharmus
in Hebes nuptiis;

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Ἠὲ καὶ Τηθύς, ἧς ἦν ἡ γένεσις Περσέϊδι.

Puella vix Chironis horum fugerat

Currens Ithetis.

O o o

at Home.